

Cassilius Saburgae S. S.

Si vales bene est; ego quidem valeo.
 Hodie postremum posui lapidem in opere.
 Diem albo signanda lapillo existimo. Hoc
 perfici quemadmodum licebat. Etiam atque
 etiam obsecro te ut literas, ^{per quas} ~~quibus~~ Principi
 dilectissimo dicavi libellum, mihi restituas,
 quoniam pugillares non servavi in scrinio.
 Tibi autem, ^{medius Fidius,} pergratum tanti laboris videre
 complementum; quanto opere me diligis, plane
 scio, tuaque erga me officia quotidie experior.
 Me nihil aeque ac literarum amor et cupido
 sollicitat. ~~Quoniam~~ Cogitavi, si qua possim,
 Plinii ^{nostri} memoriam extollere. Contra, vereor ne
 sit incautum penso tanta magnitudinis
 impendere, hisce praesertim tempestatibus, quum
 studia majorum deserta sunt, Romanaeque
 tot casibus domi militiaeque commendabiles
 Historiae paucissimos movere videantur. Te
 in consilium adsumo, sicut soles. Vale.

II Kal Aug. - M.DCCCV

MDCV



III

IV

COMPRA

Carta ao Barão de
Sabugosa

entrevista de Vico